UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv, Commentarii

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Totus in orationes effunditur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Visual Library

pro communi cœtu fidelium, pro Pontifice Maximo, pro Christianis Poteſtatib⁹ aſſidue proſternebat ante Deum cor ſuum, & ſpiritum effundebat: Et litanias recens editas pro felici Eccleſiæ ſtatu, quarum exemplum ab Apoſtolico Nuntio acceperat, nullo die nō exequebatur ſummo ſtudio. Sanctos vero Patronos earū Ciuitatum, quæ à recta fide defecerāt, ſingulari pietate venerabatur: idq; vt alij facerent, magnopere laborabat: primū vt quodammodo ſuppleretur honos, quo ſuis in Ciuitatibus fraudabātur ab impiis: deinde vt per eorum patrocinia deſertoribus ipſis miſericordia Dei placaretur. Nullū prætermittebat diem, quo nōn ſemel, atq; iterum, atq; adeo ſæpius Deiparæ roſarium orando percurreret. Nec habuit quicquam in languore moleſtius, quam quod furtim erepto à P. Rectore etiam Breuiario coactus eſt ab ſacerdotali pſalmodia, & Miſſæ ſacrificio a[illegible]ſtinere. Ceterùm in comtemplationes diui[illegible]ta auferebatur, vt qui videret habitum contemplātis, plane intelligeret animum quaſi corporis oblitum in Cælo peregrinari, & iam tum Beatorum choris intereſſe. Nec vero contentus erat precibus ſuis, ſed cum alienas, qua memorauimus inſtantia,

Totus in orationes effunditur.

Et aliorum preces nunc maxime erogat.